



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 vtrum negligentia opponatur prudentiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

consequens est, quod negligientia, quae importat folicitudinem defectum, sit speciale peccatum.

A D PRIMVM ergo dicendum, qd diligentia uideatur esse id folicitudini, quia in his quae diligimus, maiorem folicitudinem adhibemus. Vnde diligenter, sicut folicito, requiritur ad quamlibet uirtutem, in quantum in qualibet uirtute requiruntur debiti actus rationis.

A D SECUNDVM dicendum, qd in qualibet peccato esse id est defectum circa aliquem actum rationis, puta, defectum consilii, & aliorum huiusmodi. Vnde sicut precipitatio est speciale peccatum propter specialiem actum rationis, qui prætermittitur sciens consilium, quāmuis possit inueniri in qualibet genere peccatorum: ita negligientia est speciale peccatum propter defectum specialis actus rationis, qui est folicito, quāmuis inueniatur aliqualiter in omnibus peccatis.

A D TERTIVM dicendum, quod materia negligientia proprie sunt bona, qua: quis agere debet, non quod ipsa sunt bona, cum negligenter agatur: sed quia per negligientiam accidit defectus bonitatis in ies, tunc prætermittitur totaliter actus debitus propter defectum folicitudinis, siue etiam aliqua debita circumstantia actus.

Super Questionis quinque in quaeritur articulo secundum fecundum.

ARTICVLVS II.

Vtrum negligientia opponatur prudentie.

A D SECUNDVM sic proceditur. Videtur, qd negligientia non opponatur prudentie. Negligentia enim est id quod pigritia, vel torpor, qui pertinet ad accidit, vt patet per Greg., * 31. Moral. accidit autem non opponitur prudentie, sed magis charitati, vt supra dictum est, ergo negligientia non opponitur prudentie.

P 1. Præt. Ad negligientiam videtur pertinere omnem peccatum omissionis: sed peccatum omissionis non opponitur prudentie.

P 2. Præt. Ad negligientiam videtur pertinere omne peccatum omissionis: sed peccatum omissionis non opponitur prudentie.

P 3. Præt. Imprudentia est circa ali quem actum rationis: sed negligientia non importat defectum, neque circa consilium, in quo deficiat præcipitatio, neque circa iudicium, in quo deficit in consideratio, neque circa præceptum, in quo deficit in inconstancia, ergo negligientia non pertinet ad imprudentiam.

P 4. Præt. Ecclesia 7. df. Qui timer Deum, nihil negligit: sed unumquodque peccatum præcipue excluditur per virtutem oppositam. ergo negligientia magis opponitur timori, quam prudentie.

SED CONTRA est, quod dicitur Ecclesiast. 20. Laſcius, & imprudens non obseruat tēpī: sed hoc pertinet ad negligientiam, ergo negligientia opponitur prudentie.

RESPON. Dicendum, qd sicut dictum est, negligientia prouenit ex quadam remissione voluntatis,

ad prudentiam: vnde per oppositum negligientia ad imprudentiam pertinet. Et hoc est ex ipso nomine apparere, quia sicut fido, dicitur * in lib. Etymo. Lib. 10. cap. 13. incipit: Nobilis, non longe a fu.

A D PRIMVM ergo dicendum, qd negligientia consistit in defectu interioris actus, ad quem pertinet et elec̄tio. Pigritia autem, & torpor magis pertinent ad executionem: ita tamen quod pigritia importat tarditatem ad exequendum, torpor remissionem quandam importat in ipsa executione: & ideo conuenienter torpor ex accidia nascitur, quia accidia est tristitia agrauans, id est, impediens animum ab operando.

A D SECUNDVM dicendum, quod omissionis pertinet ad exteriorum actum. Est enim omissionis, quando prætermittitur aliquis actus debitus: & ideo opponitur iustitia, & est effectus negligientie: sicut etiam executio iusti operis, est effectus rationis rectæ.

A D TERTIVM dicendum, qd negligientia est circa actum præcipiendi, ad quem etiam pertinet folicudo. Altera tamen circa actum hunc deficit negligens, & aliter inconstans. Inconstans enim deficit in præcipiendo, quasi ab aliquo impeditus: negligens autem per defectum promptæ voluntatis.

A D QUARTVM dicendum, qd timor Dei operatur ad vitationem cuiuslibet peccati, quia ut dicitur Proverb. 1. Per timorem Domini declinat omnis anima: & ideo timor facit negligientiam vitare, non tamen ita qd directe negligientia timori opponatur, sed in quantum timor excitat hominem ad actus rationis. Vnde etiam supra habitum est cum de passibus ageretur, quod timor facit consiliatios.

ARTICVLVS III.

Vtrum negligientia possit esse peccatum mortale.

A D TERTIVM sic proceditur. Vr, qd negligientia non posse peccatum mortale. Quia super illud Job 9. Verebar omnia opera mea, dicit gl. * Greg. qd illam. negligentiam minoram Dei exaggerat: sed ubicumque est peccatum mortale, totaliter tollitur amor Dci. ergo negligientia non est peccatum mortale.

P 1. Præt. Super illud Ecclesiast. 7. De negligientia tua purga te cū paucis, dicit gl. Quantus oblatio parua fit, multorum delictorum purgat negligētias: sed hoc non est, si negligētia esset peccatum mortale. ergo negligientia non est peccatum mortale.

P 2. Præt. In legi fuerunt statuta sacrificia pro peccatis mortalibus, sicut patet in Leuit. sed nullum fuit statutum sacrificii pro negligientia. ergo negligientia non est peccatum mortale.

SED CONTRA est, quod habetur Proverb. 19. Qui negligit viam mortificabitur.

RESPON. Dicendum, qd sicut dictum est, negligientia prouenit ex quadam remissione voluntatis,

Super Questionis quinque in quaeritur articulo tertium.

Supra q. 53.
ar. 1. cor. Et

In articulum tertium in responsione ad tertium, aduertere, quod si ut in precedentibus diximus que ratione, in peccatis mortaliis, si distinguendus est defectus proportionis, aut alterius exercitii potest, plura genera peccatorum, in uno actu inveniuntur, verbi gratia. Si quis negligendo iura partium, iniuriantur fratres sententia inius in ratione, imprudentie reus est secundum negligientia speciei mortis autem in actu iudicij, iniuriantur fratres est: & simile est in alijs. Et ieo litera dicitur, qd negligientia trahitur ad aliquid genus peccati. Et par est ratio de præcipitatione, inconsideratione, & inconstancia, que circa actum rationis communis omnibus mortalibus sunt, sicut & negligientia.

Glos ordin.
ibid.

Ar. præce. in foli. ad 3.

Super